



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Marinvs M. 26. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

dixit, ut ad oculorum verborumque fulmina attoniti omnes haberent, jamque non in hominem pugnare se, sed Angelum crederent. STEPHANVS hoc acrius victis instare, tunc præsertim, cum ad spectaculum cælo se effundente, virtutis arbitrum ponè dextram Patris stantern. CHRISTVM habere se vidit. Itaque cum urbe exturbatus saxis obruetur, in genua subsidens egregius triarius fortissime omnia exceptit; DEO identidem nunc se, nunc hostes suos commendans. Et licet horum causa pessima esset, tam bono tamen patrono perorante, veniam impetravit Saulus, non ita multò post CHRISTO conciliandus, & in Paulum mutandus. Tam verū jam tunc fuit, Martyrum sanguinem Christianorum semen esse. Ex Act. Ap.

Etiam nos exemplo S. Stephani pro Domino pugnare non pigeat. Indicta nobis est pugnandi necessitas. Implacabiles sunt adversarii nostri, contra quos spiritualia arma sumenda. Corde certandum est, & corde vincendū. Laur. Iust. serm. de S. Steph.

S. MARINVS M. 26 Decembri.

A Ge Sparta, & vel omne juvente tuæ robur cum unius adolescentis MARINI fortitudine compone. Hic Romanus, & patricius, flagratiamen ecce concoquit. Catenas ut torques induit. Carceri ut palatio arridet, Suspensus ab equuleo despicit tyrannum. In lacero uncis corpusculo animum jactat non sauciun. Serrā ligneā secundus gaudet geminus pugnare. In crate velut thoro accumbit. Ignis ubi subjicitur, flamas Hercules invitat. Dum plumbum superfunditur liquatum, blandicias probat. Dum in Sartaginem immittitur flammarum, laudat delicias. Arboris

EPIPHANIO

Dd 2

ramis

ramis distrahendus evadit Milone fortior puer. Iam ad feras damnatus, ecce colludit his, & pardus pedes veneratur lingua blandâ; manus tigris exosculatur; collum leo blandus amplectitur. Sed à feris in succensam fornacem ducitar inter Angelorum comitatum. Scilicet post binos dies aurum exit. Denique ad gladium vocatur. Sed tu crederes ad præmia invitari. Quid? quod mortuus perrexit tyrannum fatigare. Custodes enim corpori additos fulmine fugavit, dum terræ hoc Theophilus quidem mandaret; & Martianus iudex à partu suo (vernis) periit corrosus, dishonestum, sed vivum tamen nactus sepulchrum.

Ex Mart. Rom. Pet de Natal. & Ferrar.

Gravis est nobis inimici tētatio, sed longè gravior illi nostra oratio: latit nos iniquitas ejus & versutia, sed multò magis nostra cum simplicitas & misericordia torquet. Humilitatem nostram non sustinet, uritur charitate nostrâ, obedientiâ cruciatur. S. Bern. serm. 3. de Dedic.

SS. INDES & DOMNA MM.
26. Decembri.

D OMNA superstitionis in aulâ Maximiani Imp. summa Antistita, dum quæ fortiter egerunt Apostoli, legit, & aures Christianæ dat Virgini, sacrificare rectius Christo discit, & jam semper parat immolare. Tam sancti propositi socius, qui illi à cubiculis erat, INDES est factus. Cum hoc primò omnium aurum & argentum in manibus miserorum occulat. Tum cibos, quos quotidie Imperator lautissimos submittebat, ad eosdem transmittit, ipsa cibario pane & aquâ fainem hincque martyrii accedit. Ea res cùm aulam omnem